

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Bellum a  
cum uariis

Donabit certanti uictoriam qui certandi dedit audaciam. Non ergo nos hostium turba, non bellancium forma, non quasi fulgens uitrea terreat armatura. Goliam magnum, robustum, armis terribilem, ingentique turba munitum, Dauid solus, paruus atque inermis uno lapidis ictu prostrauit, totaque Allophilorum castra turbauit atque fugauit.

Augustinus contra quinque hereses in principio.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

uitrea] uitea (*cor. supra lin.*) B; magnum] et add. M